



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 8. Antonii Muchii, seu Democharis fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Ordinis Cisterciensis Monachus, & Sæcul. XVI.
 Episcopus Cajacensis. III. Rudolphus, A.C. 1574.
 qui nuntio rebus humanis remisso, totum se Deo in Societate Jesu consecravit, & sanguinem pro Christi fide in Indiis fudit: IV. Antonius, qui Militum Venetorum Tribunus in Corcyræ Insula e vita migravit: V. Adrianus, qui Comitum Conversanorum, & Noctorum stirpem propagabat: VI. Albertus ceterorum natu minimus Atriæ Dux, qui Beatricem Lannoyam Sulmonis Principis Filiam duxerat.

§. VIII.

Antonii Muchii, seu Democharis fata.

Inter Scriptores Ecclesiasticos, quibus La Croix du Maine
 hoc anno mors calamum excussit, Bibl. Franc. Dupin Bibl. t. 16. p. 115.
 præprimis numeratur Antonius Muchius Reffoniæ Bellovacensis Diæcesis pago Compendiam inter, & Raugam sito natus. Is Parisiis percurso studiorum curriculo Anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo secundo in Universitate Professor, ac septimo post anno illius Rector creatus est: postea autem Doctoratus laurea in Facultate Theologica decoratus in Novidunensi Ecclesia Metropolitana Canonicatum obtinuit: cum vero Lotharingii Cardinalis benevolentiam sibi captaret, ab Hist. Eccles. Tom. XLIX. Q eodem

Sæcul. XVI.
A.C. 1574.

eodem itineris focius ad Synodum Tridentinam seligebatur, zelo quidem, ac pietate insignis, nunquam tamen profundioris eruditionis laude clarus, cum unice in inquirendis, atque impugnandis Protestantibus emereret, ubi nonnunquam vehementia minus æquitati consona eos adoriebatur: erat enim hæreticæ pravitatis Inquisitor in Galliis contra eos, qui novam sectam profitebantur, quo tamen munere hæreticorum invidiam sibi vel maxime accersebat, & diceriis in ejus contemptum sparsis ab illis lacebatur, donec tandem Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo quarto Parisiis Facultatis Doctor extremum clauserat diem. Scripsit is plura opuscula, ex quibus præcipuum est tractatus de Sacrificio Missæ, quod tamen opus innumeris, iisque prorsus inutilibus digressionibus scætet, omnique sana crisi tam circa Authores, quos allegat, quam circa textuum, quos citat, selectum destitutum est.

§. IX.

Cornelii Mussi mors.

*Jos. Musso
in vita Cornelii Mussi.
Dupin p.
114.*

Die nona Januarii eodem anno supra millesimum quingentesimo septuagesimo quarto Cornelius Mussus, seu Musso Bitutinus Episcopus, ac celebr-